



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXC. Compromiß in Sachen der verwittweten Königin Kunnigunde von
Böhmen und des Markgrafen Otto Brandenburg als Landesverwesers des
Königreichs, aus dem Ende des Jahres 1280.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

gedruckt ungenau mit der Jahreszahl 1279 bei Lubewig (Reliq. Man. II. 250); ferner in der Historie der Pfalzgrafen zu Sachsen S. 207 und bei Buchholz (Gesch. der Churmark Brandenburg Bdt. IV, Urf. Anhang S. 110) und in der Albrechtschen Urkunden-Sammlung I, 369 Nr. CDIII.

CLXXXIX. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albert, versichern dem Kloster Dargun alles freie Eigenthum, welches denselben die Pommerschen und Wendischen Fürsten verliehen haben, ungefähr im Jahre 1280.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Otto, Albertus, Otto, dei gracia marchiones de Brandeburch, omnibus in perpetuum. Cum dilectio dei pietas simul et honestas omnes homines ad hoc inducere debeant, ut viros religiosos promoueat et defendant, vt a causarum tumultibus exuti, in multitudine pacis et quietis liberi, solummodo uacent laudibus creatoris, maxime tamen principes terrarum ad hoc inclinari debent, quos deus intelligencia saniori illuminauit, maiori potentia firmavit diuiciisque amplioribus honorauit, vt eorum oracionibus adiuti sic transeant per bona temporalia, ut non amittant eterna. Hinc est quod ad presentes et posteros volumus peruenire, quod nos ob honorem dei et gloriose virginis Marie claustro Dargun Cysteriensis ordinis fratribusque ibidem perpetuo deo famulantibus omnem proprietatem, quam habent usque ad hanc diem a ducibus Pomeranie, Buchezlao videlicet et Cazimaro, Wartizlao ac Barnim, et a nobilibus dominis Slauie, Hinrico, videlicet de Werle filiisque suis Johanne, Nicolao, Burwino, Pribizlao et heredibus eorum, sicut priuilegiis suis probare possunt, quam isti sine consensu patris nostri dare non potuerunt prenominate claustro, liberaliter damus et presentibus in perpetuum confirmamus, ita dumtaxat vt si predictam proprietatem per mortem dominorum terre seu quocumque modo ad nos uel ad nostros heredes deuenire contingerit, nichil iuris in proprietate dicti claustri nos nec heredes nostri nobis addicere debeamus, sed fratres predictae domus tunc, sicut nunc, gaudere debent perpetua libertate. Vt igitur hec nostra liberalis donacio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt.

Nach Lisch Meckl. Urf. I, 159. — Die Urkunde ist unvollendet, dennoch aber besiegelt und im Besitze des Klosters befindlich gewesen; daher doch wohl als ausgefertigt zu betrachten, welches Lisch bezweifelt.

CXC. Compromiß in Sachen der ver Wittweten Königin Kunigunde von Böhmen und des Markgrafen Otto von Brandenburg als Landesverwesers des Königreichs, aus dem Ende des Jahres 1280.

In nomine domini amen. Nos Chunigund etc. quod nos propter bonum pacis et plene concordie unionem, quam habere intendimus et volumus puro corde cum domino Othone, inclyto marchione Brandenburgensi, qui gerit vices domini Alberti, mar-

chionis Brandenburgensis, fratris sui, carissimi filii nostri Wencezlai, pupilli principis et domini regni Boemie, tutoris et capitanei generalis in regno predicto, de negotiis et juribus omnibus ad nos tam ratione dotalitii, quam alia ratione in regno predicto quocunque modo spectantibus, compromittimus bona et spontanea voluntate in reverendum in Christo patrem et dominum, Th. venerabilem Pragensem Episcopum etc. tenore presentium firmiter promittentes, quod quicquid predictus dominus episcopus etc. tamquam arbitri, arbitratores, laudatores seu amicabilese compositores, inter nos et predictum marchionem Othonem arbitrandum duxerint, laudandum seu etiam componendum, juxta consilium et deliberationem per barones et cives regni predicti habitam, inviolabiliter (uolumus) observare, dummodo per predictum marchionem Othonem domini Episcopi et aliorum arbitrium, laudum seu compositio, per predictos barones et cives adinventam, nobis inviolabiliter observetur. Quodsi forte a parte predicti marchionis Othonis predicta compositio seu arbitrium per omnia inviolabiliter non servetur, ad predicta, que promissimus, seu ad servationem predicti compromissi teneri volumus aliquatenus vel arceri. Et ne de predictis possit in posterum dubitari, presentis compromissionis literas scribi mandavimus, sigilli nostri munimine roboratas. Dat in Praga etc.

Aus einem Zettelbuche Manusc. der K. K. Hofbibliothek zu Wien CLXXXVII. p. 124. Von den in den Abhandl. der Böhm. Gesellschaft der Wissenschaften Neue Folge Bd. IV. durch Boček und V. Folge Bd. II. durch Palacky besorgten Abdrücken ist besonders der erstere ungenau.

CXCI. Markgraf Otto von Brandenburg weist als Landes-Vermeser von Böhmen der Königin-Wittve Kunigunde eine Jahresrente an, im Anfange des Jahres 1281.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis marchio et illustris domini W. in regno Boemie tutor et capitaneus generalis, per scriptum presens ad univerforum notitiam cupimus pervenire, quod circa inelytam dominam Chunigundam reginam Boemie magnificam, nostram materteram carissimam, favoris plenitudine estuantes, cum eadem solidioris dilectionis completivo vinculo ad unionem et concordiam pervenimus in hunc modum, quod libenter ipsam tamquam neptem nobis dilectam volumus dilectionis brachiis amplexari et in promotionibus ipsius reslorere sicut decet solito in amore. Insuper venerab. domino . . . tali episcopo, nec non et talibus, integraliter commisimus, in persona nostra ipsis dando plenariam potestatem, ut ipsi domine Regine prefate mille marcas reddituum in mansis debeant finaliter assignare, et hoc ubicunque intra . . . et . . . et etiam inter . . . et . . . prefati viri redditus prehabitos ex parte domini W. nos tangentel invenerunt vel poterunt invenire. Si autem complete predictos redditus in terminis vel partibus prenotatis non poterunt invenire, tunc inter partes . . . et . . . assignabunt ipsi domine Regine tot redditus, ut ei prefatarum mille marcarum numerus compleatur; quos redditus ipsa possideat annuo, pacifice et tranquille. Eo tamen addito, quod ipsi domine Regine DC^{um} marcarum argenti redditus per personas premissas in moneta et teloneis etiam assignentur, ut sic mille marcas argenti et DC^{as} ipsa domina Regina